



Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. XXXI. De vrbanis, facetis, lepidis, falsis, festiuis conuiuatoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

CAPVT XXXI.

De vrbaniis, facetis, lepidis, salſis, festiuis conuiuantoribus.

Ostendendum omnium primò qui, & vnde tales homines, comitate ac lepore non inelegantes appellati olim à veteribus.

Vrbani.

De vrbaniis hæc definit Iouian, Pontanus: Et vrbanos quidem vocauere, quod ii oratione veterentur, & ser. cap. 8. tue, & eo, qui in vrbbe conuersaretur, digna, cum viuen- ium in agris, vita effet agrestior, & sermo etiam, qui rus referret, rusticaneq; consuetudinis, tum mores, tum locutionem ac gestus.

Facetos ita describit: *Quod in congregationibus col-* *locationibusq; domesticis, familiaribus item & popula-*

Faceti.

ribus in sermonibus, verba cum iucunditate facerent, cūq; audiētum voluptate, ac recreatione. Lepidos hisce de- *Lepidi.*

pingit verbis: Lepidus is videtur, qui suauitate dicendi ineritudineq; quasi quadam, delectat, & verborum &

veni. Atque inter sapores, suaves quidam tantum sunt,

quidam & suaves simul, & salſi; sic etiam & dicta ali-

Salsi.

qua tantum lepida; alia lepida pariter & salſa, quemad-

modū ratio ipsa fert, aut dicendi aut respondendi. Vt cū

Pompei⁹ Ciceronem illudens, quanquā vultu for-

tasle hilariore dixisset, interrogas: Gener⁹bi est tuus?

Ibi Cicero, qui amarū, & aculeatum inesse quiddam

verbis illius intelligeret, reddidit illi in respondēdo

par: vbi & sacer tuus est? inquiens, erat enim Cæsar

belli suscepti Dux, & author, quē Dolabella seque-

batur. Itaque & qui aderant, suauitate eos, atque ex

temporalitate responsi affecit, & suauitati salem ad-

junxit. Hæc dicuntur salſa, & qui iis vtuntur salſi. De *Cap. 9. lib.*

Festiuis autem hæc Pontanus habet: Festivus videtur à *1. de serm.*

Ff 2 fan-

**Qui festi-
ui?**

fando dicti, vetustate temporū immutante literas. Festis
m. diebus mos fuit, & benignè hilariterq; affari popu-
lū, & in ludis qui in honorē Deorū siebant, oblectare eos,
qui diuinās ad res conuenerant, blandè eos appellando
& accipiendo comiter. Quanto autē studio, diebus in fe-
stis oblectamenta quererentur, indicio sunt, & ludi, &
tibiæ, & tubæ & cantus, & choreæ, & leclisteria, &
templorū apparatus, ac theatrorum & porticuū & via-
rū, & ipsa etiā fercula. Ut qui illis in ludis, sacrificiis, pō-
pis, ferculis, in populariū ac conuenarum gratiā incun-
dē se haberent, eaq; & excoxitarent & loquerentur, que
ad incunditatem facerent & lētitiam, merito festini
vocarentur. adhibent præterea festiui, in iocando
& quæ ac ludendo, dicendoq; varietatem permul-
tam, quæ sermones maximè condit, ut quæ in cel-
sationibus, animorumq; relaxatione, præcipue exi-
gatur. De comib⁹ ita loquitur; Iam verò comis vni
studium eō spectat dicendo, ut delectet; pariatq; audi-
enti delectationem. Eius tamen consilium est, que à sedi-
cuntur, non ut delectent modo, verum etiam ut sint grā-
ta, nee solum verba, sed & res ipsæ, quæ dicuntur; quip-
pè cuius studium sit gratificari, atque in gratiam loqu-
audientium.

**Cap. 10.
ibid.
Quis co-
mu?**

**Cap. 12.
Nota con-
ditiones
hominis
Faceti o-
mnib⁹, nu-
meru ab-
solutissi-
mi, qui a-
lios debeat
vbi opus est,
reci-
recreare.**

Hæc omnia deniq; in vno ut homine inuenian-
tur, hasce requirit conditiones. Nos eum querimus,
qui omni ex parte munus ipsum impletat, qui ē iocis, su-
uibusque dictis, oblectationem tantum querat, ac re-
creationem post labores; qui & salem habeat in dicen-
do, & quæ ipse dicit, tanquam illo condit, qui lepo-
rem misceat, qui verba apta, idonea, concinnata, iocis-
que accommodata usurpet, vultumque illis adiungat,
vbi opus est, ac gestum, qui fabellis narrandis, reci-
recreare.

tandisque iocosis ac ludicris rebus, & curas sedet, & deliniat molestias. qui non discedat vrbanitatis è finibus, aut è ciue in rusticum, atque agrestem transeat, ex ingenio in seruum, aut seruo persimilem, ni forte res ipsa turrit, qui minimè volens offendat dictis, nisi laceſitus: Idque tamen vrbane. qui & temporis, & loci & audi-
entium, & suiipsius, & quam gerit personæ, & etatis &
negotiorum, & publicæ priuatæque letitia habeat, ac
tristitia mœrorisque rationem: Idque cum primis curet
in singulis, ut retineat modum, ne & verba profundas
& iocos; qui denique summo studio id videat, ne cum ali-
los in risum prouocat, ipse ab astantibus risui habeatur,
truiusq; dignior iudicetur, quam honestorum atq; inge-
nuorum hominum audientia, atque confessu. Demum et-
iam, qui intelligat, perinde ut cessatio omnis, quiesque
conceditur, relaxandi gratia, utque reditus ad labores
& negotia non sit grauis: sic iocos, dicta, sales, lepores,
facetiasq; concedi, ne vitam, cogitationesque nostras om-
nes, studiaq; in iis collocasse, aut in ocio, desidiaque, aut
in marcescentia potius, nos appareat. hunc, ni fallor, ma-
iores nostri, uno verbo facetum vocaueré. In quo tūm
vrbanitatem, tūm sales & iocos, tūm lepores ac festiui-
tatem omnem inclusam volueré. Hæc omnia Pontan?

Atq; ut exemplis res clarior fiat, in Lucio Crasso Cic.de O-
oratore, summa semper grauitas fuisse dicitur, & ratore,
cum grauitate iunctus, facetiarum & vrbanitatis, o- Facetoriis
ratorius, & nō seruili lepos. Excelluit & hac in vir- exempla,
tute Asinius Pollio, omnium horarum homo, qui
cam ob rem & leporum & facetiarum pater, appellatus est. Et ipsem Cicero, non tam facundus, quā Erasm.lib:
facetus fuit. Cōstat eum sāpē, iocis ex tempore, pla- 6. Apopht.
tis, reos quos defendendos suscepereat, magnoperè
iudicib, insinuasse. Hāc ob causā à Vatinio inimico,

Sueton. in consularis scurra, cōtemptim vocatus fuit. Octauius
Aug.

Augustus iocos dicere & pati potuit; maiore vrbanitate, an æqtate, nescias. Nicolaus Damascenus, vir doctissimus, tam iucundis moribus, præter formam corporis fuit, ut idem Augustus Cæsar, Suidateste palmarum balanos pulcherrimos, appellari, de eius nomine, Nicolaos præceperit. Sunt & qui salsissime, pariter ac lepidissime aliquos reprehendere norunt, ac via taxare, absq; tamen conutio & contumelia, cuiusmodi notabilem historiam recēset Sozomenus, de S. Basilio Magno, Episcopo Cæfariensi; erat hic admodum iucundus, etiam in congressibus inimicorum. Valens Imperator contra ipsum, orthodoxus q; esset, varios submisit, qui ei verbis, minis, ac suppliciis persuaderent, ad partes Arianorum vt se trāferret, Et quodā tempore Demosthenē quedam, ad ipsum destinauerat, hominē audacem & furibundū, qui cum blasphemis in Basiliū debaccharetur, barbarismo forte quodam lapsus est; quod modesta Ironia excipiens D. Basilius: *Vidimus & nos, inquit, Demosthenem sine literis;* At cūm importunius blaterando, pergeret, ita eum obiurgavit. *Tuum est de pulmentariis cogitare, & non diuina dogmata decoquere.* Eiusdem fermè farinæ aliud refert Antonius in Melissa. Nam sapiens quidam, cūm imperitus medicus ei dixisset: *Nimium senex es factus,* respondit: *Bene quidem & satis fœliciter;* *Medico enim, te præsertim, nunquam vti placuit.* Augustus item Cæsar cuidam quod inidoneus esset, ab officio remoto, congiariū petenti, atque addenti, non se cupiditate ad id pertendum induci, sed pudoris proprii respectu, & vt fine noxa, præfecturam equitum sponte dimisisse, insuper & liberalitate Cæsarea, dignus haberetur, sic elusit: *Tu te accepisse palam dicio, ego me dediſe non negabo.* Nec illud est inurbanus. Quidam

Lib. 6. c. 16.
Facetiārū
quædam
exempla.

Par. 1. ser.
56.

Lycosth.
Theatr.
vol. 2. li. 11.

Ibid.

Romanos Eques, diem extremum obierat, post cuius mortem, & alienum ingens, quod usq; ad extre-
mū, vel extra terminū, occultauerat, emerit. re cō-
perta, miratus Cæsar Augustus. *Ite, ait, &c cubicularē*
eius mihi culcitram comparete. Obstupentibus man-
datum; rationem adiecit, *Somnos ciebit culcitra, in qua*
ille tantis debitorum molibus oppressus somnum capere
poterat. Et Zeno Zittieus in quendam circa formæ *Laërt. lib.*
curam studiosiorem, quād decet virum, cūm im- *7, cap. 1.*
bricem lentē ac circumspetē transiret. Merito, in-
quit, *suspeclum habet lutum, in quo nō potest seipsum,*
vt inspeculo cernere. Nec dissimile illud Socratis, a-
pud Laërtium & Gellium. Is. n. cūm vxorē Xātip-
pem, contumacius ac clamosius in se agentē diu to-
lerasset, ac postremò præ foribus x̄diū sedens, aqua
sordida ab ea perfunderetur, alta voce ridēs dixisse
tertur. *Sciebam Xantippē tonantem, quandoq; pluiturā.*

Huc pertinēt & illi, qnō infacerē aliorū dicta in- *Inuerſio-*
uertere, vel scōmata, modestē tamē, ipsos in autho- *dittorum*
res reflectere norūt. Sic Aristipp⁹, cū Diogenē olim faceta &
Philosophū, vt sordidū, ita quoq; omnia cōtēnentē, *alla.*
vidisset olera lauantē, sic affatus est: *Si scires Regib. ob-* *Vide Ho-*
sequi, non tibi lauanda eſſet olera. Cui Diogenes re- *rat, lib.*
ſpondit: *Et tibi, mi Aristippe, non eſſet obsequendum* *Epift. ad*
Regibus, si eſſes oleribus contentus. Libanius Sophista, *Scœuam.*
summus Iuliani Apostata fautor, cūm interrogasset *Histor. Ti-*
Antiochiz, Ludimagistrū quendam Christianū, pi- *pert. lib. 6.*
um ac bonum virum: *Quid nunc fabri filius* (Chri-
ſtum per contumeliam intelligens) *ageret?* respōdit
hic promptē: *Non ociatur o Sophista, quem fabri*
filium appellas, parat enim Iuliano loculum ad sepul-
turam. Intellexit autem vir optimus, Iulianum ob-
inſigniem impietatē & crudelitatem non diu super-

stitem fore, & diuinam ultionem præ foribus esse,
Paucos enim post dies Julianus est interficit⁹. Et illi
demum qui facetè de rebus loqui, & suā explicare
Lycosth.
Theat.
vñ. i. li. II.
sententiam queunt: Talem fuisse ferunt Actium
Syncerum, rari virum ingenii, magnæ nobilitatis,
cūm in conspectu Friderici Regis esset inter Physi-
cos quæstio, quid præcipue conferret oculorum
perspicuitati? aliique fæniculi afflatum dicerent,
alii vitri usum, alii aliud; At ego, inquit, inuidiam aio.
Obstupuerunt hoc dicto adeo, medici, vt ab audi-
toribus derisi haberentur. Tum ipse: Annon inuidia
maiora & pleniora omnia videre facit? Quid autem
oculis magis presentaneum, quam ut vis ipsa aspiciendi
maior reddatur, atque vegetior protulitq; statim Oui-
dianos illos versus:

*Fertilior seges est alienis semper in agris
Vicinumq; pecus, grandius uber habet.*

Similia passim occurrent, facetorum hominum
dictoria, in communi usu, ac proinde ab eorum me-
moratione nobis temperandum, ubi monuerimus,
ne quispiam, qui in hoc iucunditatis genere laudem
mereri cupit, cum existimationis iactura, modum
honestatis excedat, atque scurrilitatis vituperatione
se obstringat.

CAPVT XXXII.

De alearum lusu coniuuantibus perfamiliari.

SVNT qui ad symposia, non tantum alearum lusu
gaudent, quinimò totos ei dies, totas noctes de-
uotè consecrant, nihil aliud ppter aleas in deliciis ha-
bentes, q; hi longè absint, ab omni honestatis splen-
dore, quā ocio faciles cedant manus, quām appetē-
tiaz rerū alienarū, ardentes subiiciant faces, in con-
fesso